



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Episcopalis

Piasecki, Paweł

Coloniae Agrippinae, 1620

Quoad Ludi magistros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

CAPVT XVIII.

De Ludimagistris Scholarum, quæ in numero sunt locorum piorum.

INQUIRAT etiam Visitator de Ludimagistris:

An Scholæ literarum sint, & quot; & à quibus fundatæ.

Magistri quales, videlicet an probi, & docti, & ab Episcopo approbati.

Et quomodo doceant.

An professionem fidei fecerint; & ubi, & coram quo.

An authores honestos, & viles interpretentur, & quos præcipuè.

An ipsi, vel scholares habeant aliquem librum prohibitum, vel suspectum: Et videantur libri, & habeatur index illorum.

An scholares in literis, & in moribus diligenter instruant.

An præcipuè curent, vt in scholis, & extra omnis honestas seruetur.

An permittant colloquia lasciuia, & obscœna, aut cantilenas scandalosæ.

An scholares in ingressu scholæ, & antequam studia incipiant, ac lectiones audiant, deuotam aliquam orationem faciant.

An, & quoties in hebdomada scholares doctrinam Christianam doceant.

An diebus festis cum scholaribus ad scholam doctrinæ Christianæ conueniant.

Concil.
Prou. 3.
quæ ad
fid.

An exemplis, & monitis scholares ad pietatem & præcipuè ad Ecclesiarum frequentationem ad Missas, Concionem, & diuina officia audienda, & ad Sacramenta frequentanda hortentur.

CAPVT XIX.

Inquirenda quoad Bibliopolas, & Impressores.

Concil.
Prou. 6.
tit. 1.

AN professionem fidei præstiterint; & quando & coram quo.

Concil.
Prou. 3.
Concil.

An proponant libros venales, nisi prius illorum indice confecto, & approbato.

Prou. 6.
quæ ad
fid.

An etiam in cæteris seruent, quæ illis præscripta sunt; præsertim in re-

gula indicis, & in edicto, & in Concil. Prouinc.

An præcipuè imprimant, aut libros introducant, qui prius approbati non sint ab Inquisitore, & à delegato ab

Ordinario, etiam si alias consensu superiorum impressi fuerint.

Concil.
Prouinc.
6. tit. 1.

CAPVT